



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

90 Temporis exactissimam habere rationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

12. *M. Aurelius Imp.* ad Regem Trinacriæ: Rem fecisti, Princeps serenissime, adeo foedam, ut eam me pudeat exponere, quod amplificandi Palatii causa Basilicam evertisti vetustissimam: quod nequaquam facere, imò ne cogitare quidem debueras. Etenim licet saxa templorum parum valeant, Dij tamen, quibus dedicata & consecrata sunt, plurimum valent: & grauissimè te puniendum fremunt vniuersi. De *Basilij Imp.* in condendis vel reficiendis Templis studio, vide *Baron. Tom. 10. Anno Christi 886.* Est igitur officium Principum ac Magistratus effusa munificentia ditare Ecclesias, & exornare Tempa, seu summum lucrum, summamque gloriã æstimare, quauis impensa, nec non quouis labore Ecclesiæ utilitati sapienter prospicere. Consule *P. Ioann. Bonif. in historia Viyg.* Hinc piè admodum ipso die Palmarum huiusce Anni 1615. ex Cathedrali nostra Ecclesia eiectioni sunt in perpetuum illi, qui hactenus eam obambulationibus & confabulationibus suis impiè profanarunt. O factum perpetua memoria dignum! Matth. 21. etiam Christus die Palmarum eiecit ementes, &c.

SIGNVM XC.

TEMPORIS EXACTISSIMAM HABERE RATIONEM, illudq; fructuosè & salubriter expendere. *Aureas has bene collocare.*

1. *Carolus Magnus*, dū manè vestiretur ac calciaretur, non solum amicos salutatum, sed & litigantes admisit, & eorum decedit negotia, insèque dixit, tanta parsimonia temporis erat. *Auentinus lib. 4. Annal. Boiorum.*

2. *Vitoldus Lituaniæ Dux* bellicosissimus, temporis

Q99 4

ris

ris propareus, supra mēsam iudicabat, & respō-
sa Legatis dabit. *Cromexus lib. 19.* haud dubiè ex-
pendens illud *S. Bernardi ad Serm. ad Schol.* Ne-
mo parui æstimet tempus, quod in verbis consu-
mitur otiosis: volat verbum irreuocabile, volat
tempus irremeabile, &c. Et: Omne tempus nobis
impensum, à nobis exigitur, qualiter sit expensū.

3. *Bias Priensium* Philosophus, Princeps, &
Dux, quærenti quid difficilimū esset mensuratur:
Nihil, inquit, rerum omnium est, quod tam accu-
ratam desideret quàm tempus in metiendo dili-
gentiam: adeo quippe exactè metiendum tempus,
vt neq; rationi quicquam ad bene agendum desit,
neque libidini quicquam ad malè agendum su-
perfit. *Laërt. lib. 1.* Vitæ tempus ita metiendum,
quasi & diu, & parum victuri simus.

4. *Iuliani Apostata Imp.* pessimi hominis, opti-
ma & saluberrima sentētia est: Breue tempus be-
ne & innocenter actum, peccanti immortalitati
anteponendum est. *Epist. ad Orisastum.* Mundus
certè diu valere non est, nec Tempus diu volare:
quoniam Mundus penè exhaustus spirituum vi-
talium & animalium quasi defectu nutat; &
Temporis caput canum est, & alæ eiusdem senio
confectæ, motuque defessæ languent.

SIGNVM XCI.

TRIBVTA, TELONIA, ACCISA, VECTIGA-
lia, exactiones, opera, & seruitia, citra publicā ne-
cessitatem, vel grauiora, quàm populus ferre possit,
non imponere. Si alia via non potest prouideri
necessitatibus Reip. exigenda Tributa

1. *Tiberius Casar*, Publicanis & Præsidib; Pro-
uinciarū onerādas Tributo Prouincias au-
genda